



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XII. Derisionis proprium esse nemini parcere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

tantum, non etiam fecit David: Ipse & fecit. Nam cum ei conviciaretur Semei, tacebat David, & quamvis septus armatus, non retorquebat convicium, non ultionem querebat, consuevit dicente sibi Sarvia filio, quod vindicare in eum vellet, non permisit. Ibat ergo tanquam mutus & humiliatus, ibat taceans: nec movebatur, cum vir appellaretur sanguinis, qui erat confusus propria mansuetudinis. Non ergo movebatur conviciis, qui abundabat bonorum operum conscientia. Itaque is qui circa injuriâ movetur, facit se dignum videri contumeliâ, dum vult ea indignus probari. Qui enim contemnit, quasi non sentiat, ita despiciat: qui autem dolet, quasi senserit, torquetur.

Prisci ut hunc conviciorum contemptum oculis spectandum exhiberent, Aquilam pinxerunt non oculis minacem, non rostro terribilem, non alis volentem, non unguibus fulminantem, nec prædas quærentem, sed immobili quiete confidentem: huic cornicem addituerunt avem inquietam & garrulam, quæ laceßere videretur & obstrepere rostro ac pennis. Ergo, mi Christiane, vide, sis Aquila, & loquaces corniculas contemne: permitte conicari inepros, tu tuam quietem tueri: quidquid conviciatores garriant, Aquilam non irritabunt. Conviciis optime responder, qui ea obliterat silentio. Hic te Magnus Basilius firmit: Si mihi credis, inquit, proba contumeliasque minime curabis. Ille te obscurum, nullisque estimationis vocavit, tu terram te ac cinerem esse dicas. Quando enim verborum contumeliâ tentaris, existima periculum de te fieri, an Deo per patientiam adhaereas, an per iram in adversarii partes inclines. Eam è duobus alterum proculdubio consequeris, aut inimicum tue mansuetudinis exemplo mitiorem reddes, vel certe si despexeris, acris illum vindicabis. Quid enim adversario durius esse potest, quam te animum gerere captumeliosis omnibus alioquem? Porro quale nomen uterque vestrum assequatur, videamus. Ille contumeliosus, tu magnanimus vocaberis: Iracundus ille ac durus, tu longanimus ac mitis: illum quandoque horum quæ loquitur, penitebit, te virtutis & benefacti nunquam, quid plura? Illi contumelia regnum calorum clausit, quod contumeliosorum regnum Dei non consequantur: tibi taciturnitas idem aperuit.

Chrysost.
homil. 2.1. in
ep. ad Rom.

Finem huic dictioni Chrysostomus imponens: Vince, inquit, in bono malum, quandoquidem & istud vincere est. Pugnans enim tum potissimum vincit, non quando suum ipsum corpus pugne exponit, ut plagis excipiat, sed quando seipsum eruens, efficit ut omnem suam potentiam adversarius in aëra frustra & inaniter effundat: id quod & in conviciis fit. Nam quando vicissim convicia regeris, vincis non ab homine, sed quod turpis est, ab illibero illo ira affectu. Si verò taceris, & vincis, & trophæum figis, & innumeros acquiris qui te coronant, quique convicium ipsum mendacii damnant. Qui enim contradicit, ut qui conviciu morsum senserit, contra luctari videtur. Morsum verò sentiens, suspensionem de se præbet, dictorum se confutum esse. Si verò deriseris, visu statim sententiam & iudicium, quod qui audierant, contra te latari erant, exolvisti. Atque si volueris, apertum dictorum argumentum accipere, ipsum tuum inimicum interroga, quando magis doleas: an cum proptus accensus vicissim conviciaris, an cum conviciantem derides. Atque postremum magis audies. Neque enim tantum jurat conviciis non impeti, quantum mordet quid te ad iram permoveere & accendere nequit. Non vides ira peritorum ingenium, quomodo plagarum suarum non adeo multam rationem habentes, magno impetu irruant, proximis, vulnere pejus quam soleant agrestes fures, querant, & ad hoc unum respiciant, inq. eo magis, quam ut quid patiantur observent. Quando ergo cum qui huiusmodi est, ea potissimum re privas, quam ipse potissimum concupiscit, omni jam illum proposito evacuas, spoliasti, contemptibilemque puerum magis quam virum ostendisti.

Non ergo minoris est artis, convicia sustinere, quam abstinere posse conviciis.

D

CAPUT XII.

DERISIONIS proprium esse, nemini parcere.

Dbitem sanè num operæ pretium sit, hanc Linguam quæ desperatæ plerumque petulantia est, multis rationibus urgere. Ea est enim deridentis lingue indoles, ut quò plus eam erudieris, plus illa rideat & illudat. Sapientissimus rex jam olim submonens: Quæritur derisorem, inquit, ipse sibi injuriam facit. Nam si Augustini sensu, Merces doctoris est profectus auditoris, ille qui salubria monita audit, nec proficit, magistro suo minerval subtrahit; atqui tales profectò sunt omnes derisores, qui quò fidelius monentur, hoc obstinatius irident, & odereunt monitorem. Ideo Gregorius: Neque enim, inquit, timendum est iusto, ne derisor, cum corripitur, contumelias inferat, sed ne tractus ad odium, peior fiat. Itaque Salomon subiungit: Noli arguere derisorem, ne odere te. Nam uti canum tunc maxime foret, cum illud moveretur, ita & ignis tunc maxime ardet, cum eum fodieris, & rabies tunc maxime fœvit, cum eam provocaveris; ita derisor necessarîa objurgationis stimulis calore contrariis frangit, & tunc præcipue cachinnatur cum arguitur. Adde: beneficium invitis facere, subinde pro tyrannide haberi.

Nihilominus audebo & perfringam, neque enim unus aliquis derisor mihi corripendus est, sed omnes. Hic tutius pugnandi genus est in multos quam in unum pugnare. Et quamvis sic omnes monendi sint, ut etiam singuli se monitos sciant, eamque ob rem, & iste & ille derisor corripendus sit, non tamen vitioli, sed vitiu perfringendum est. Ideo hic pane proclameus, quod ille in arena gladiator: Non te peto, sed piscem peto; sic ego, mi derisor, non te, sed linguam tuam, prout meretur, aceto conficabo. In primis autem quàm irrisores nemini parcant, exponam.

§. I.

Triplici colore insignis est iris, croceo, purpureo, & prasino seu viridi; foli semper oppolita: atque si derisor plebeis fabulis sit fides, aurum jacit in neglectos fontes. Derisores tribus ferè coloribus insigniuntur, quibus se noscendos præbent: primus est croceus, lucis & splendoris æmulus, nam illi nec superis, sed nec Deo quidem parcant, qui lucem inhabitat inaccessibilem. Alter virentis, terre affinis est, indicatque eos, qui etiamnum superstities & terram inambulant, derisoribus expositissimos esse. Purpureus denique color designat derisorem linguas, ad ipsas usque piaculares flammæ, aut Erebi sedem extendi, neque enim sepultis pariter etiam manes irrisui sunt. Derisor si quid auri, hoc est, purioris amoris habeat, id omne in loca humida, avios fontes, in putidas carnis voluptates derivat. Severissimè in hos tales oraculum divinum pronuntiat: Abominatio Domini est omnis illusor. Id quod dixi, facildè demonstravero.

Deo quidem minime parcant derisores. Quàm crebra sunt impiæ illæ voces: Deus vir bonus est; Diabolus tam ater non est atque fingitur; Inferorum flammæ non sic urunt atque creditur; Cælum longè capacius est atque dicitur; neque verò anseribus ædificatum est amplissimum illud cæleste palatium, facile omnes hac domo claudemur. His cavillis Dei misericordiam atque justitiam lingua petulans profici idit. Cavere irrisores, Deus non irridetur. Et cælum quicquid Angelis exedificatum est, neque ii tamen omnes illud incolunt, quanto minus illusores, Dei contemptores? Fuit ex hac hominum fœce, qui cum tonante ac mugiente cælo monebatur, surgeret, Deumque precibus placaret, respondit temere:

temere: Deus vir bonus est, non ferit jacentes. Vix deum multis precibus uxoris motus surrexit, & mox fulmen lectum percussit, hominem certe tacturum, ni vocem impiam correxisset surgendo.

Anno millesimo sexcentesimo nono, die sancto Jacobo Apostolo sacrâ, in Galliis matrona nobilis Carolensis, sed Calvinianæ scholæ, in castro suo, unâ cum suis ancillis intenta operi residebat, cum ecce fulmen è summâ arce in ipsum conclave trajectis tabulatis irruit. Ancillæ, Catholico ritu, cruce se signant, heramque rogant idem faciat. At illa scetæ suæ minimè oblitâ, omnes has tales nugas protervè irritat. Nec distulit Deus, & fulmen illuc denuo percipit, solamque illam, inter illas ceteras, velut ictu destinatam, protinus interemit. Hoc habet petulans lingua. I nunc & sacros ritus irride. Pomis & nucibus ludere concessum quidem, sed non cum superis, non cum Deo.

Sed uti Deo non paritur ab irrisoribus, ita nec divinis oraculis. Hieremias vates jam olim queritur, &, *Fatus est mihi, inquit, sermo Domini in opprobrium & in derisionem totâ die.* Super auditis concionibus quia non glossata cuduntur, nec unquam deest quod in concionatoris verbis aut carpatur aut eludatur. Et hoc cacodæmonis artificium est, hos nasutulos ita condocescere, ut quidquid pro concione dicatur, hoc ipsi in cavillum trahant, & irrifui habeant. Hic sanè nec Christi, nec Chrysostomi verba quidquam proficiunt. Ubi enim Pharisei cavillatores cavillari & irridere incipiunt, ibi nec Petrus nec Paulus, nec ipse Christus aliquid effecerit clamando; frustra sunt omnia. Hæc, inquit, irrisor, in concione frequenter audiui, quid crambe bis cocta ponitur? quid usque, & usque, & usque eadem? hæc mihi jam sapius audita. Sed num etiam hæc tibi jam sapius facta, mi Mome? Verissimè dixit Siraides: *Homo assuetus in verbis improperiis, in omnibus diebus suis non eruditur.*

Hujus generis auditores habuit Isaias propheta, qui hoc ipsum sic queritur: *Et erit eis verbum Domini, Manda remanda, Manda remanda: Expecta reexpecta, Expecta reexpecta.* Modicum ibi, modicum ibi: ut vadant & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueantur, & capiantur. Propter hoc audite verbum Domini viri illusores. Nimis magno stat, in Deum jocos jacere. Deus non irridetur, Deus neque se, neque suos nuntios, neque suas denuntiationes impunè sinit esse ludibrio. *Abominatio Domini est omnis illusor.*

Tanto autem odio Deus Deridentem hanc linguam prosequitur, ut eam nec in rebus quidem levissimis, nec in pueris etiam & balbutiente ætate toleret. Elifæus irrifus à pueris, quàm horribili poenâ vindicatus est. Regum falsi rem ita narrant: *Cumque ascenderet (Elifæus) per viam, pueri parvi egressi sunt de civitate, & illudebant ei, dicentes: Ascende calve, ascende calve, &c. egressi, sunt duo viri de saltu (velut duo carnifices) & lacerarunt ex eis quadraginta duos pueros; Pueros parvos, qui vix fari poterant, quos tenella ætas tam rigido supplicio subtraxerit. Sed non parsum est. Abominatio Domini omnis illusor, quantumcumque tenera sit ætatis.*

Irassimus quoque Deus fuisse dicendus est, cum legati quos miserat, passim ab omnibus ludificarentur; res sic narratur: *Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum, de nocte confurgens, & quotidie commovens: eo quod parceret populo & habitaculo suo. At illi subannabant nuntios Dei, & parvi pendebant sermones ejus, illudebantque prophetis: donec ascenderet furor Domini in populum ejus, & esset nulla curatio.*

§. II.

At sicut ab irrisoribus Deo non paritur, ita nec Christo filio Dei, nec Christi discipulis. Archimagoi ades ingressus fuerat Servator, filiam familias ad vitam revocaturus. At turba tumultuans, & gibbines sibilis & cachinnis Servatorem excipiebant, & irridebant eum. Quàm hu maniter rex Herodes Antipas Do-

minum salutavit! Albâ esse velut fatuum, & albâ mentis hominem indutum, toti exercitui suo ridendum propinavit. Hic idem Dei filius in Pilati pratorio per ludibrium salutaris rex, & variè derisus est. Et quas in cruce ludificationes non tulit? quàm acerbæ cavillationes tunc jactabantur? *Sinite videamus, ajebant, an veniat Elias liberans eum; alios salvos fecit, seipsum non potest saluum facere; Vab, qui destruit templum Dei, & in triduo reedificas, saluum fac remetipsum.* Sed nec latronum alter cavillis abstinuit. Nec miris actum cum Christi discipulis; quoties illi fabulæ erant & ludi fiebant? Die Pentecostes cum Deo pleni profilerent in vias, & celesti facundia perorarent, variè auditores affecerunt: *Alii autem irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti: quid miramini, calices fecere desertos, largius boni viri obiberunt. Christus futurum hoc vaticinatus: Si patrem familias, inquit, Beelzebub vocaverunt, quantum magis domesticos ejus?*

David optimorum regum optimus, ab omni hominum genere illusus est. Goliathus cavillator improbus: *Nunquid ego canis sum, ait, quod tu venis ad me cum baculo? veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus celi, & bestis terre.* Et fatuus Nabal quàm ore temerario Davidem cavillatus: *Quis, inquit, est David, & quis est filius Isai? hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos. Mea igitur dem hominibus ignotis, servis fugitivis? Neque hic Deus supplicium distulit: Cumque pertransisset dies decem, percussit Dominus Nabal, & mortuus est. Idem rex David ab ipsâ conjuge suâ Michole quàm protervè irrifus est? Saltaverat rex sanctissimus ante Arcam Domini mente rectissimâ, & miros in Deum affectus ediderat. At Michol finistrè hoc interpretata: *Quàm, inquit, gloriosus fuit hodie rex Israël discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est quasi nudetur unus de scurris! At verò David placidissimè: Ludam, inquit, & vilior fiam plusquam factus sum; & ero humilis in oculis meis. Nec sua Micholi dicacitas impunè tetit: matris nomen nunquam obtinuit.**

Job patientiæ magistrum, quàm amarulento scommate perstringens uxor: *Adhuc, inquit, tu permanes in simplicitate tuâ? Sed responsum tulit se dignum: Quasi una de stultis mulieribus locuta es: Non suscepi de manu Dei, mala quare non suscipiamus? Sed & ab aliis irrifus Job: Nunc, inquit, in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in proverbium.*

Nec Tobias suos habuit benevolentiores: *Nam sicut beato Tob insultabant reges, ita isti parentes ejus & cognati iridebant vitam ejus, dicentes, ubi est spes tua pro quâ elemosinas & sepulturas faciebas? Tobias verò increpans illos: Nolite, inquit, ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.*

Divinus Paulus apud Athenienses, ansam dicendi sumens ab Ignoto illorum deo, de quæ universis mortalibus in vitam revocandis, & quem plausum tulit? multorum irrisionem. Nam cum audissent resurrectionem mortuorum, quidam quidem iridebant, quidam verò dixerunt: *Audiemus te de hoc iterum. Ad eò paucis fructuosa fuit facundissima Pauli oratio.*

Idem omnibus bonæ mentis hominibus contingit, nec est quod hic expectent usitatus suæ probitatis præmium, quàm sperni & irideri. Francisci Assisiani, viri sanctissimi germanus frater, sed parum sanctus, cum videret Franciscum sævâ hieme, rigente celo, seminudum frigore concuti, milit puerum qui per ludum peteret, sudoris sibi aliquid vendi testertio. Huic Franciscus ore hilari: *Dic, inquit, fratri meo, me jam & algorem & sudorem meum omnem Domino meo vendidisse, idque ingenti pretio. Nimirum deridetur iusti simplicitas.* Et quod longè pejus est, derisor hoc sibi jus esse autumat, neminem sine scommate præterire, omnes deridere. At finite cavillatores hoc sibi jus fingere, ipsi demum ferebuntur Orbis, quàm nullo id jure fecerint. Audite quàm serio sed

Marc. 5. vers. 40.
Luc. cap. 23. vers. 11.

Matt. 6. 27. v. 40. 42. & 49.

Act. cap. 2. vers. 13.

Matt. 6. 10. vers. 25.

1. Reg. 6. 17. vers. 43. & 44.

1. Reg. 6. 25. vers. 10.

1. Reg. 6. 25. vers. 38.

2. Reg. 6. 6. v. 20. 21. & 22.

Job cap. 2. v. 9. & 10.

Job cap. 30. vers. 9.

Tob. cap. 2. v. 15. 16. 17. & 18.

Act. cap. 17. vers. 32.

Platus de bono status relig. lib. 3. cap. 16. ante med.

Job cap. 12. vers. 4.

Sap. cap. 5. sed serò nimium ex inferis illi ipsi vociferentur: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est! En illi supra sunt, nos in Orbi barathro jacemus. Sed dicite, ô Phryges serò sapientes, num hoc unum solummodo peccatum patraistis? cur Iudines vestras tacetis, cur temulentiam vestram dissimulatis? quid avaritiam & invidiam tacetis, quid tot alia flagitia vestra regitis? Ah, satis est, ajunt, hoc unicum fateri grande piaculum. Vitæ nostræ epitomen damus, irrisores fuimus. Hinc, quidquid salubrium monitorum instillabatur, contempsimus, & hinc ruina præcepit in vetitum, hinc tot scelorum formæ. Ergo fatemur demum: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum.

§. III.

*I*nter eos qui plurimum ridentur, primi numerantur pauperes, quos ditiorum supercilium non alio quandoque nomine compellat, quàm fanclicos mures, pediculorum thesauros, extrema busti cadavera, damnata fortunæ ludibria, &c. Quis non disertus est, cum spargenda sunt ejulcemodi infamiae agnomina, quæ non tantum dictu auditque indecora, sed & infimos quoque graviter offendunt, & exacerbant, subinde mali non exigui causâ? Exemplo res demonstratur. Cum audisset Sanaballatus Hebræorum hostis, murum ab ipsis strui, iratus est valde, & motus nimis subannavit Iudeos, & dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum: Quid Iudei faciunt imbecilles? nunquid edificare poterant lapides de acervis pulveris qui combusti sunt? Sed & Tobias Ammanites proximus ejus, ait, Adficient: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum. Nihilominus opus cæptum feliciter surrexit. Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri (ajunt irrisi Iudei) ut timerent universæ gentes quæ sunt in circuitu nostro, & conciderent intra semetipsos, & scirent quod à Deo factum esset opus hoc. Ita Deus irrisores punit, & eos qui irrisi sunt, singulari patrocinio defendit.

Plin. lib. 2. cap. 43. Sed quemadmodum vivorum nemini parcitur ab irrisoribus, ita nec cuiquam mortuorum. Effertur quis? ridentes sequuntur non pauci: nulla in eis memoria mortis, parum orationis, confabulationis plurimum est, perinde si canis mortuus efferretur, aut si corvum occisum ad rogam deportaret. Æthiopes præcedente tibicine, ut olim Romæ. Et quid sermonis miscetur in exequiis ducendis? O bone, ajunt, devixisti, nunc tibi scrobem, subis, opertus altum dormies, inextrepente nullo.

Non tu hos dixeris Micholis esse filios, à quibus omnia habentur irridiculo? Hac cavillandi ratione omnia peccata eludi solent. Ita Dionysius Syracusis genitus, illud ævi sui dedecus, tot sacrilegia sua jocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit. Fano enim Proserpinæ spoliato Locris, cum per altum secundo vento classe veheretur, ridens: Amici, videtisne (ait) quàm bona navigatio ab ipsis diis immortalibus tribuatur sacrilegis? Idem Jovis Olympii statuae amiculum aureum magni ponderis detraxit, injectoque laneo pallio: Æstate, inquit, gravis nimium est aureus hic amictus, hieme frigidus, laneus autem ad utrumque tempus anni aptior, & hieme fovebit, & æstate non gravabit. Idem Epidauri Esculapio barbam auream demi jussit, quod affirmaret non convenire patrem Apollinem imberbem, ipsum verò barbatum conspici. Idem mensas argenteas atque aureas è fanis sustulit: quodque in his more Graciæ scriptum erat, bonorum Deorum eas esse, uti se bonitate eorum prædicavit. Idem Chrysendeta & pateras coronæque, quæ simulachrorum potrectis manibus sustinebantur, tollebat: & eas se à dantibus accipere, non auferre ab invitis dicebat: perquam stultum esse argu-

mentando, à quibus bona precamur, ab iis porrigentibus nolle fumere. Huic regio cavillatori non multum absimilis fuit Leo IV. Imperator Copronymi filius, qui è S. Sophiæ capite coronam auream abstulit, quam priores Imperatores regiis fumpibus fieri curarant. Hi tametsi debita supplicia non exolvant, mortui tamen rependunt pœnas, quas vivi effugerant. Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate compensat.

Verum, nè sic quidem ad frugem se corrigunt irrisores. Quantum hodieque piaculum foret, inter potiores dicere? Non sitio amplius. Sibilis exploduntur hæ voces: O te, ajunt, hominem asinum, qui non bibas, nisi sitias! Si quis vitæ sit seductioris ac castigatioris: En, inquit, eremicolam istum, en sanctum hunc misanthropum! si quis Christianâ nobilitate calumnias concoquere, injurias obliterare cupiat, en, ajunt, simplicem oviculum, hominem ficulneum, en virum antiqui sculi, cui vanæ & sine viribus iræ sunt, qui nec sui ipsius quidem scit patrocinium gerere. Inde fit, ut qui ridere non vult, ulcisci velit impiè, malitque malus Christianus esse, quàm imbellis & effeminatus ultror haberi. Eo rerum devenimus, ut optimos quoque mores noxæ nobis esse censeamus, cum eos sex hominum irridet. Hinc & ventri & conscientiæ vim facimus: ventri quidem, ut quamplurimum vini capiat; conscientiæ verò silentium præcipimus. Quotusquisque est qui se ad flagitium non animet his vocibus? Ego verò quàm merideri pariar, potabo potius & genio meo benignè faciam; si probro sit injurias oblivisci, ulciscar. O nequissimam cacodemonis vafritiem, quod machinis ac insulcibus non obtinet, hoc fannis ac sibilis impetrat. Sanè hac in re optimos omnium magistros & artifices primarios agnoscimus Phariseos, qui omnibus Christi dictis factisque protervissimè illudebant. Assidue illorum voces volabant: Videte, obsecro, sanctitatem viri, qui cum nequissimis quibuscumque hominibus tam socialiter agit, en prophetam qui publicanos & profligatæ pudicitiae homines accedit, ut scilicet lautiores mensas inveniat.

§. IV.

*H*ic quæso, Christiani, diem illum quo Christus athena vehens Hierosolyma contendeat, unâ mecum exactius perpendite. Cum igitur Christus Dominus utcumque jam vicinus irer urbi, Pharisei, Scribæ, Rabini certatim spectatum proruebant diversis locis. Pars spectatorum istorum fenestras occupabat, & oculos vi-treos in novum equitem defigebat, pars in viâ ad circuitos coibat, omnes ad irridendum paratissimi. Jamque urbem ingresso Domino, Pharisei omnes & Scribæ velut Epidaurii serpentes curiosissimis oculis observabant, quinquam è suis civibus Dominum comitarentur, qui palmas ferrent, qui lætum acclamarent, qui vestem in viâ sternerent, hos ipsi digitis devorantes: En, ajebant, stultissimos homines! hic magister Zacharias factor, ibi magister Samuel faber comitantur: en illic magister Joseph pistor, & magister Jacob cementarius palmas ferunt: etiam vicina nostra, domina Judith à nobis defecit, siquidem palmam fert, & asinum sequitur: en illic cognatam nostram Salomen cum ceteris infanientem. Ita modò hos, modò illos digitis monstrantes, extremè cavillabantur humillimam Christi equitationem, & omnes illius comites. Hic irrisoriam mos est.

Non aliter Hæresis suos instituit, hinc quidquid sacrorum rituum est, petulantissimè deridetur. Sed neque Catholici dogmatis omnes hic extra culpam. Fit non raro, ut Christus Dominus cælesti ferculo vel per templi ambulacra, vel per urbis compita deferatur, longo deducuntur agmine. Hos inter non infimæ plebis homines effusè garrire, joculari, ridere, fabulari audent liberrimè, tanquam si eos modestiæ publicæ puderet. Hic

Hic jure quærat nonnemo: Quo in loco estis, aut quem A
deductis? num fabulatur adestis? num in choreo agitis?
num salatur convenistis? Ubi fides, ubi religio? Ah,
quàm vestrum, & Orbis judicem non attenditis! itane
vobis cæcus & surdus est Christus, ut illius oculos & au-
res nihil vereamini? Hoc non hæresin solum, sed & ido-
latriam sapit.

Julianus apostata, peritissimus cavillator, & sannio
maximus, in quem propriissimè dictum putes: *Abomi-
natio Domini est omnis illusor.* Hic Christianos de injuriis
conquerentes, per cavillum eludere solitus: Hoc, aje-
bat, lex vestra imperat, ut percussus unâ maxillâ, porri-
gat & alteram. Si quis iniquissimè ablata reddi cupis-
set: Adimenti pallium, ajebat, tunicam etiam in aucu-
rium addendam, vestris legibus sanctum est. Hoc irritu
omnia despuebat perfidissimus Apostata. Ab hoc non
multum dispar dux Aquitaniæ Guilielmus, sed demum
vir sanctissimus. Hunc Guilielmus Malnesburiensis af-
ferit ad id potentie pervenisse, ut in Palæstinam sexagin-
ta milia equitum, & longè plures pedites duxerit: dives
auti, sed multo magis vitiatorum; in omni sordium gene-
re volutatus, cum malè faceret, gloriabatur, cuncta, ut
Malnesburiensis loquitur, malefacta condians salibus
nugarum & facietiarum. Hunc Petrus Picavorum
Pontifex liberrimè reprehendit, & officium facere de-
treçantem à piorum societate secluserit. At ille stringens
gladium, & capillos præfiliis apprehendens: Jam, in-
quit, morieris senecio, nisi Ecclesiæ me restitueris. Præ-
sul sibi presentissimus, & planè impavidus: Sine, inquit,
loquar. Concesso dicendi spatio, dirum in eum compo-
situm carmen absolvit, & inferorum pœnis devovit;
dein porrecto jugulo: Feti jam, inquit, feri. At Guiliel-
mus pro more tam ferâ ludificans: Ad eò, inquit, odi,
ut nece meo digner odio; nec unquam cælum ingre-
dieris, hac meâ manu adjutus. Fuit autem & sua Guiliel-
mo Herodias, quæ Petrum antistitem in exilium eji-
ciendum suavit. Guilielmus pellicis consilium secutus,
exilio damnavit sanctissimum monitorem, quem ubi
mortuum inaudiri: Pœnitet me, inquit, quod senem il-
lum non citius ad cælum miserim. His sarcasmis scelera
non texit, sed auxit.

At ubi animum mutavit Guilielmus, quæ non à se-
metipso supplicia exegit vitæ licentiæ actæ? quibus la-
crynus cachinnos ipse suos eluit? quantis rigoribus cor-
pus domuit? cum vitâ reliquâ omni, loricam nudo cor-
pori appressam gesserit, acerrimus ipse vindex priorum
noxarum. Hic jam Ambrosii voce uti liceat: *Si secuti su-
mus errantem, sequamur & poenitentem.* Deus, ô Christiani,
non irridetur, sed neque suos impunè irrideri patitur:
Abominatio Domini est omnis illusor. Ecce alteri alteros ir-
ridemus? Omnes peccavimus, & egemus gloriâ Dei. Quisque
suos patimur manes; nemo sine vitiis. Ergo,

Loripedem rectus derideat, Arthropem albus.

Et quis ille qui ad omnem amissum se dixerit tam re-
ctum, ut solus alios ridere possit? Tu ergo, mi homo, in
D
teipsum tuos cachinnos verte, & quæso vel hoc uno An-
nazem Senecam imitare, qui, *Si quando, inquit, fatuo de-
lectari volo, non est mihi longè querendus; me video.* Emule-
mur, & nos ipsos nobis proponamus: hinc nostra jocu-
laris lingua satis habebit abundè quod convellat, nos
ipsos rideamus.

CAPVT XIII.

Derisorum natura, & DERISIONIS damna
uberius explicantur.

Diximus, quàm nemini parcant irrisores: sed accu-
ratiùs nunc in eorum mores indagandum, simul
etiam damna quæ hanc linguæ intemperantiam sequun-
tur, explicanda.

Tom. I.

§. I.

Robertus Holcot Anglus, vir eruditus è divi Do-
minici familiâ, librum Sapientiæ commentarius il-
lustravit. In his de hoc ipso linguæ vitio disserens: *Derisio*, Quatuor
inquit, quatuor parit mala: *Offendit enim stultitiam, suspen-* mala a de-
dit amicitiam, offendit justitiam, intendit malitiam. *Ordin-* risione de-
ne ista, sed strictim persequemur. rivanria.

1. *Offendit stultitiam* derisor: quisquis enim alterius
defectus irridet profectò ignorat suos; & sæpe illo maxi-
mè vitio laborat, quod in alio fugillar. Præclare Grego-
rius: *Quid, inquit, simus hodie, norimus, quid autem pauld* *Offendit*
post esse possimus, nescimus. Hi enim quos despiciamus, *stultitiam*
sunt incipere, & tamen vitam nostram ferventioribus studiis derisor.
anteire. Timendum itaque est, ne nobis cadentibus surgat, qui
nobis stantibus irridetur, quamvis stare jam non novit, qui non
stantem novit irridere. Apud Jobum dicitur: *Cum cete-* *Job cap. 1.*
ros, inquit, irriseris, tu à nullo confutaberis: & qui spernis, *v. 3.*
nomine & ipse sperneris: cum fatigatus defeceris contemnere, con- *1. cap. 33.*
temneris. *v. 1.*

2. *Suspendit amicitiam* derisor. Ubi enim derisio, ibi
rixa & contentio. Ideo illud sapientiæ oraculum mo-
net: *Esice derisorem, & exibat cum eo iurgium, cessabunt que* *2. Suspendit*
caussa & contumelia. Irrisio gravissimarum sæpe licium *amici-*
fuit seminarium. Multi, ne dictum sibi pereat, quod *tiam.*
ægrè in ore tenetur conceptum, dulcedine urbanitatis *Prov. c. 22.*
prolapsi, dum ludo irridet, seridè lædunt. *v. 10.*

3. *Offendit justitiam:* id enim alteri facit, quod sibi nol-
let fieri. Quis enim ille, & *Laudabimus eum*, qui æquo ani-
mo ferat se irrideri? Quàm hoc omnes fugimus, quàm
indignè ferimus, risu aut sibilis excipi? Cur ergo quod
ipsi tantopere horremus, aliis tam petulanti temeritate
obtrudimus? Siracides corripit: *Intellige, inquit, quæ Eccl. c. 31.*
sunt proximi tui ex teipso. *v. 9.*

4. *Intendit malitiam:* nam per jocum incipit, sed è jo-
cos nascentur ludendo ferit, ridendo fauciatur. Hoc cer-
tè non raro efficit, ut irrisus minoris quàm antea fiat.
C
Omnis amicus, inquit Hieremias, fraudulenter incedit, & vir *Hierem. c. 9.*
fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur. *v. 4 & 5.*
non hospes ab hospite tutus, *Ovid lib. 1.*
Nec socer à genero, fratrum quoque gratia rara est. *metamorph.*

Sed pergit Robertus, & Eam ob causam, inquit, qua-
drupliciter minatur scriptura hoc modo: *Irrisores non* *Quadrup-*
sunt arguendi de iniquitate, Non sunt instruendi de fatuitate: *plexiter*
Sunt ejiciendi è societate, Sunt deridendi à Dei majestate. *huic vitio*
1. Non sunt arguendi de iniquitate. Hoc cautè præmo- *minatur*
nens sapientissimus regum: *Noli arguere derisorem, inquit,* *scriptura.*
ne oderit te: argue sapientem & diliger te. Uti frustra se fati-
gat medicus in eo ægroto perlanando, qui pharmaca
omnia effundit, non in ventrem, sed per fenestras; ita
oleum & operam perdit, qui cavillatorem multitudine
monitorum oprundit. Inter irrisores autem facile prin-
cipes fuerunt Julianus & Lucianus apostatæ perfidissi-
mi, & ex asse momi exercitissimi, ad quævis irridenda.
Sed uterque meritissimas dedit pœnas: ille incertâ sa-
gittâ fauciatus, iste à canibus laceratus interiit.

2. *Non sunt instruendi de fatuitate:* Salomon id affir-
mans: *Querit derisor sapientiam, inquit, & non invenit.* Ave-
tis linguam nobilissimam derisoris inspicere? Herodis An-
tipæ linguam considerate, quâ ipsam æternam sapien-
tiam ostentui habuit, quâ filium Dei ut fatuum iudicavit, &
ut ab omnibus irridetur, fatui veste donavit, & sic
Romano prædidi remisit. Sapiens sibi videbatur rex iste,
& ideo Christum variis questionibus urgebat. Apertè
divinus Lucas: *Interrogabat cum multis sermonibus, Quis* *Luc. cap. 23.*
hic non cupiat explicari nolle curiosissimi hominis *v. 9.*
tot quæstiones? At ipse nihil ei respondebat. Caiphas, Pilato,
Malchi cognato, aliis respondit Christus, huic irrisori ni-
hil. In hoc tali homine desperanda est sanitas. Monetur,
punitur? ridet, ludit. Iterum monetur, iterum punitur?
iterum ille & ridet & ludit, *Derisor non invenit sapientiam.*

3. *Sunt*

G g